



nec in minimis angustatur. sic de tota simul ceta loquitur. ac si de una anima loquitur. Et sepe qd ab eo de una anima dicitur. nil obstat si de tota ceta simul intelligat. Latitudo itaq; edificii. ad caritate punet. De qua psalmista dicit. Latum mandatum tuum nimis. Hic id enim latius. quam omni in sinu amoris recipere. et nullas odu angustias sustinere. Sic qd peccata caritas. ut in amplitudine dilectionis suscipere etiam inimicos possit. Unde et p[ro]cipit. Diligite inimicos vestros. bene facite his qui vos oderunt. Considerandum quoq; nobis est. quia latitudo in equalitate altitudo vero in sublimitate tendit. Latitudo ergo punet ad caritatem proximi. altitudo ad intelligentiam conditoris. Si latitudo et altitudo edificii. uno calamo mensuratur. Quia videlicet unaqueq; anima. quantum lata fuerit in amore proximi. tantum et alta erit in cognitione dei. Dum enim se pro amore iuxta dilatat. pro cognitione superius exaltat. et tantum super se ipsam excelsa fit. quantum se iuxta in proximi amorem tendit. Et quia edificium quod inhabitat deus. ex angelica simul et humana natura proficit. pro hoc quod angelica creatura sursum est. et humana adhuc deorsum. potest per latitudinem atq; altitudinem edificii. utraq; hec creatura signari. quia ista adhuc in unis deget. illa vero in sublimibus permanet. Si uno calamo mensuratur utraq;. quia humilitas hominum. quandoq; ad equalitatem producit angelorum. Unde scriptum est. Neque nubent. neque nubent. sicut angelus dei in celo. et unde per iohannem dicitur. Mensura hominis. que est angelus. Quia usq; ad illam altitudinem gratie homo producit. in qua solidatos se angelus letant. Latitudo ergo edificii tanta est. quanta et altitudo. Quia electi quique. qui modo in unis laborant. quandoq; illis beatissimis spiritibus. non erunt inaequales. Si nos inter hec redeamus ad mentem. ac totis medullis cordis deum diligamus et proximum.

Locutione di de ceta.

Latitudo.

Fug.

Altitudo.

Fug.

Ioh.